



Svmma Juris Canonici

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Svccincte Explicantur,
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,
pertinent

Ivrisdictione Ecclesiasticâ, & Iudiciis

Strein, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1658

§. 10. De interdictio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61847](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61847)

NAVARR. c. 27. num. 162. Quæ verò in pu-
ram alicuius delicti pœnam lata est, non
potest auferri ab eo, qui imponente infe-
rior est, nisi habeat privilegium, & suspen-
sio provenerit ex delicto occulto. V.
Laym. l. 1. tr. 5. par. 3. c. 4. num. 4. tunc enim
dispensatio requiritur, quæ ex natura sua
Superiori Magistratui est reservata. De-
nique suspensio certi temporis spatio cir-
cumscripta, eo elapso per se interit: simili-
ter impleta conditione, sub qua emana-
rat, V. g. quamdiu non satisfeceris. &c.
Ita usus & praxis habet, quamvis in Ex-
communicatione non fiat Escobar. Tract.
4. Exam. 1. c. 2. Forma absolutionis à sus-
pensione hæc esse potest. *Absolve te à vin-
culo suspensionis, quam incurristi propter
hanc, vel illam causam, & restituo te pri-
stina executioni.* Avila Par. 3. Disp. 6. Hen-
riq. l. 13. c. 35. Silvest. nu. 8. Toletus l. 1. c. 46.
n. 5. Reginald. l. cit. n. 46.

§. X.

De Interdicto.

I. Interdictum est *Censura ecclesiastica,*
qua interdictus separatur à perceptio-
ne quorundam Sacramentorum, à divinis
officiis, & ab ecclesiastica sepultura. Vel, est
censura ecclesiastica prohibens usum qua-
rundam rerum divinarum, ut fidelibus
communem, quatenus talis est. Differt à
Suspensione, quia hæc privat aliquo usu,
non ut communis, sed ut proprius est. Ab
excommunicatione, quia hæc privat usu
rerum sacrarum, non quatenus talis, sed
quatenus est communicatio cum aliis fi-
delibus V. suar. Disp. 32. Sect. 1. n. 4. Præ-
dicta definitio abstrahit à loco & perso-

na, ab usu activo, & passivo: atque ita faci-
lius accommodatur diversis Interdicti
speciebus. Nam aliud Interdictum est
personale tantum, aliud locale tantum, a-
liud personale, & locale simul. *Locale tan-*
tum dicitur, quo solus locus interdicatur.
V. g. ecclesia, parochia, oppidum, reg-
num. *Personale tantum*, quo solæ personæ
interdicuntur. Inter hæc illud discrimen
est, quod solo loco interdicto possint per-
sonæ illius, quæ interdicto causam non
dederunt, in alio loco audire divina, da-
re, & suscipere Sacramenta: quando au-
tem personæ interdictæ sunt nullibi id
possunt. c. *Si sententia. de sent. excommu-*
in 6.

Interdictum locale subdividitur in Ge-
nerale, & particulare, Generale est, quod
fertur in locum generalem, id est, quæ
Communitate, ut communitas est, adeo-
que divisim habitationibus occupatur, ut
regnum provincia, civitas, parochia, vil-
la. c. *cum in partib. de verb. signific.* Particu-
lare vocatur, quo interdicatur certus lo-
cus sacer, unus, vel plures, puta, parochia-
lis ecclesia, quo nomine veniunt etiam
capellæ, & cœmeteria: quemadmodum
suburbia civitatis nomine. c. *Si civitas de*
sent. excomm. in 6. Reg. in l. 32. Tract. 1. c. 1.
Nulla par. 3. Disp. 1. Escobar Tr. 4. Exam.
4. c. 1. Eadem analogia seu vata subdividi-
tur Interdictum personale. Aliquando e-
nim populus, aliquando persona singula-
ris interdicatur: & propter mortale, &
propter Veniale peccatum. Henriq. l. 13. c.
42. Diana. Par. 5. Tr. 10. Resol. 78. Toletus
l. 1. c. 53. n. 8.

II. Idem, qui excommunicare, & suspen-
dere, interdictum quoque ponere possunt:
aliqui Prælati tamen, puta Regularium non
nisi

nisi personas interdicunt, Ecclesias verò quamvis sibi subjectas, interdicere non permittuntur, tum quia ad finem religiosæ gubernationis non conducit, tum quia scandalum inde, & perturbatio oriretur. Nec Capitulum jure ordinario habet potestatem interdicti ferendi. *c. quasvis de his, quæ sunt à majori part. Capit. Ex consuetudine tamen, aut privilegio aliquando inire potest c. Cum inter. de consuet. Episcopus autem sine consensu Capituli interdictum ferre potest, contrariâ consuetudine, & præscriptione quadam, qua derogatur c. quasvis citato, & aliis in quibus Capituli consensus requiri videtur. Angel. V. interdictum §. 3. Sylv. eod. num. 2. & seq. Suar. V. Disp. 36. Sect. 1. Villour. tract. 18. c. 1. num. 21.*

III. Quæ tempore interdicti localis prohibentur adhæc 7. genera revocantur.

1. Est omne exercitium certo ordini Ecclesiastico deputatum, sive Clerici sint presbyteri, sive presbyteris inferiores.

2. Celebratio divinorum, puta Missæ, Horarum Canoniarum, & similia.

3. Administratio Sacramentorum, excepto Baptismo, Pœnitentiæ, &c. de quibus num sequente.

4. Collatio Ordinum. *c. Responsio. §. penult. de sent. excom.*

5. Ecclesiastica sepultura, id est, in Ecclesia, cœmeterio, & extra illud cum officio consueto. *c. Cum & plantare c. ut privilegia de privileg. & c. Episcoporum. eod. tit. in 6.*

6. Pulsatio campanarum, si pro divinis officiis faciendâ est.

7. Apertio januarum Ecclesiæ, eo tempore, quo divina celebrantur. *Suar. To. V. Disp. 34. Regim. l. 32. tit. 3. c. 28. Tol. l. 1. c. 53. n. 1.*

IV. Excipitur, ut dixi, Baptismus, & confirmationis collatio: item pœnitentiæ, & absolutio sanorum, qui causam non dederunt interdicti: ægrorum quoque, & morientium SS. Eucharistiæ per modum viatici. Extrema Unctio tamen semper neganda est, ut sepultura Ecclesiastica quoque. *c. quod in te. de pœn. & remiss. Si tamen contingat aliquem interdicti tempore in Ecclesia humari, non est exhumandus, cum multa, quæ fieri prohibentur, facta teneant. Gloss. in V. Forma c. à nobis de sent. excom. Reginald. loco cit. c. 27. Barb. in c. Resp. de sent. excom. Piafe. in Praxi part. 2. c. 4. Escob. tr. 4. exam. 4. c. 2. Conceditur præterea, ut singulis diebus Missa celebretur officiû divinû fiat in Ecclesia propria, & Oratorio per Episcopû approbato, januis clausis, & sine sonitu campanarum, exclusis excommunicatis, & interdictis. Diebus verò solennibus Natalis Christi, Paschatis, Pentecostes, & Assumpt. B. M. V. solenniter omnia divina officia celebrari possunt, etiam in præsentia interdictorum, qui etiam ad participationem divinorum admittuntur, sed excommunicatis exclusis. *c. alma mater de excom. in 6. Diana part. 5. tract. 10. Resolut. 60.**

NOTA. Prædicta festa inchoantur à primis Vesperis: Pascha verò à Gloria in Excelsis, Sabbati Sancti. Præter hæc licet conciones habere, inque eum finem campanas pulsare. Item pro Ave Maria, secundum consuetudinem, & ad deducendam Sacram Eucharistiâ, ad indicandas diei horas, vel Conventum, & Congregationem evocandam. *Suar. Disp. 34. Sect. 3. num. 18. Reginald. loco cit. cap. 28. num. 34. Fernandez. pag. 477.*

Valentia Disp. 7. quest. 18. pun. 2. Vallens. l. 5. tit. 39. §. 11. num. 4.

NOTA. Canonici, & Clerici officiiis divinis tempore interdicti non minus interesse debent, quam extra illud, & qui non veniunt distributiones amittunt, sicut interdictio non extante perderent, si divinis officiiis non adessent. *c. Alma cit.*

V. Clerici, qui nec causam interdictio dederunt, neque violarunt illud, tempore interdicti localis sepeliri possunt in loco specialiter interdictio, modo fiat absque solennitate, & campanarum pulsu. Imò sepeliri possunt cum divino officio Missæ, januis clausis, & summissa voce, si cœmeterium extra Ecclesiam sit, officium in Ecclesia celebrari poterit, deinde cadaver in cœmeterium cum silentio transferri. *Bonac. Tom. I. pag. 449 & pag. 450. Avila part. c. Disp. 4. Sess. 2. Dub. 4. De privilegiis Ordinum Regularium tempore interdicti, quæ multa & magna, consule Compendium privilegior. FF. Minor. & alior. Ordinum. Item Roderic. Tomo II. quest. 108. art. 2. & Armillam V. interdictum num. 140. Sed dubitare licet, an non revocata sint? Concil. Trident. enim Sess. 25. c. 12. mandat, ut censuræ & interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à regularibus in illorum Ecclesiis publicentur, atque feruentur. Per hoc revocata esse Regularium privilegia de suspensione interdictorum, seu interdictis non servandis constanter docet *Navar. c. 27. num. 190. & latius ex professo Consl. 7. de privilegiis: quam sententiam verissimam esse contendit Nicol. Garz. de benef. part. 3. c. 2. à nu. 278. & consultos ab Episcopo Abulensi**

Cardinales idem respondisse testatur *par. 5. c. 8. n. 87. Idem sentit Praefec. in practi. par. 11. c. 3. n. 41 & seq. Vallens. in Paratulis suis l. 5. tit. 33. §. 2. Laym l. 1. tract. 5. par. 4. c. 3. n. 3. Contrariam opinionem, quod non sint ejusmodi privilegia revocata, tenet *Henricq. l. 13. c. 48. §. 1. Sayrus de Censuris l. 5. c. 13. n. 24. & 25. Fr. Emm. in Bullam Cruciatam §. 5. n. 15. & in addit. n. 13. & 35. Item To. II. qq. Regul. q. 112. art. 1. Ioan. de la Cruz c. 7. Dub. 2. Concl. 2. Diana part. 2. tract. 2. Resol. 133. V. quæ dix. in par. 1. Tit. 15. §. 12.**

VI. Nomine Clericorum, quibus præfata licentia datur, veniunt omnes personæ Ecclesiasticæ, incolæ, & indigenæ, religiosi utriusque sexus, eorumque Novitii, Clerici prima tonsura initiati, si beneficium habeant, aut ex mandato Episcopi alicui Ecclesiæ serviant, vel in literarum studio, tãquam ad majores ordines accipiendos versentur juxta *Con. Tr. dispositionem Sess. 23. c. 6. Denique Clerici conjugati cum virgine, & unica, qui ex Episcopi mandato in aliqua Ecclesia servant. Soto in 4. Dist. 22. q. 3. art. 1. Avila l. cit. Conim. k. Dub. 2. n. 30. Cov. c. alma par. 2. §. 4. n. 4. Intentio enim capitis alma est, providere, ut tempore interdicti divina officia in Ecclesiis peragantur, sicuti prius, ad quod Clericorum necessaria præsentia, & licentia est.*

VII. Quia Religiosi in favorabilibus tantum Clericis & Ecclesiasticis annuuntur, quemadmodum in *par. 7. Tit. 1. §. 1. n. 4. diximus*, Clero interdictio, non censentur interdicti nisi ex causa interdicti, aliisque circumstantiis aliud colligatur. Interdicta autem familia etiam contenti in ea Clerici interdicti sunt; nec proderit ab ea post latum interdictum recessisse: sicuti

ut non obest de novo ad illam accedere, postquam lata censura est. *Sylv. V. Clericus l. 5. i. Suar. Disp. 32. S. 2. n. 17.* Populo civitatis interdicto non censentur interdicti, qui habitant in suburbiiis, nisi sint de populo Civitatis. Nam Civitatis nomine continetur id solum, quod murorum ambitu continetur. *Cotta in Memorab. V. Civitas.*

VIII. Qui interdictum violant, locale, aut personale, mortaliter peccant, (nisi levitas materia excuset) & in primis Clerici. In illos enim primario dirigitur prohibitio, ut per ipsos alii constringantur ad eisdem legis observationem. Contra locale interdictum (ut ex dictis n. 2. patet) peccat Clericus 1. si contra interdictum actum aliquem ordinis sui proprium exerceat, per quod etiam irregularis efficitur. 2. Si specialiter interdictus sacris officiis interfuit, vel Sacramenta sibi prohibita accipiat. 3. Si aliquem personaliter interdictum post interdicti denunciationem, divinis interesse, vel divina celebrare permittat: intellige, de illis, quibus Ecclesie regimen commissum est. *Avila Disp. 5. Dub. 1. Henric. l. 13. c. 46. n. 3. Nav. c. 27. n. 85. Diana part. 5. tract. 5. Res. 59.* Locale interdictum violatur à Clericis, & Regularibus, si non servata moderatione in c. *Alma* præscripta divina officia celebrent. Hoc est, adhibito campanarum pulsu, elata voce, quæ foris audiantur, vel januis apertis, aut excommunicatos & interdictis admittis. c. *non est vobis de sponsalib. Barbosa in c. Alma mater. de sentent. excomm. in 6.* Similiter Laici peccant faciendo aliquid eorum, quæ interdicto prohibentur. *Suar. Disp. 33. Sect. 12.*

IX. Dubiam est, an Laici non personaliter interdicti peccent, non observando interdictum? In quo non una omnium Doctorum sententia est, imò *Cajet. in V. interdicti violatio*, in dubium revocare audeat de Clericis, an violando interdictum lethaliter peccent: quemque nemo sequitur, nos quoque deseramus. Reliqui mitius, aut durius, pro suo quilibet ingenio loquuntur. Probabile est ultimo, nisi dolus, aut vis adhibeatur, non peccare mortaliter, & universè Laicum, qui non personaliter interdictus interdictum violat. Hanc esse communiorem sententiam *Layman* quoque aliàs severior agnoscit c. 3. n. 2. & colligitur ex c. *si sententia de sent. excomm. in 6.* ubi dicitur. Cum propter delictum Domini, vel Rectoris & civitas interdicta, cives ejusdem, qui culpabiles non existunt, dummodò ipsi non fuerint interdicti, possunt extra ipsam licitè interesse divinis. Ubi *Barb.* si interdictum loci solius esse ponamus, non verò populi, ita ut personas non liget, sive ob culpam Domini, sive ob culpam ipsius populi prolatum sit, culpabiles tantum comprehendit, ut concludunt expressè verba hujus textus. *Dummodò ipsi non fuerint interdicti.* Si autem interdictus fuerit populus, singulares de populo censentur interdicti. *Germin. lo. Andr. Ancharan. Frañch. Steph. Conf. Vivianus in Ration. l. 5. pag. 316. Alagona in Comp. p. 781. Vgolinus de Censuris Fab. 5. c. 6. & c. 1. Sayr. l. 5. c. 2. num. 6.*

DIXI Nisi dolus aut vis adhibeatur. Quia graviter peccare manifestum est, eos, qui interdicti tempore fraudulentè inducerent sacerdotem ad celebranda divina, aut clausas Ecclesie valvas violentè refera-

referant, cogentque Ministros ad aliquem actum, qui propter interdictum absque peccato exerceri non potest. Quocirca ut à culpa immunes habeantur Laici non interdicti personaliter, absque injuria & damno aliorum non obferrent, necesse est.

X. Quod attinet pœnas violentium interdictum Ecclesiasticum hæc 5. notanda sunt.

i. Quamvis à Laico per mortale peccatum violetur, nullam tamen à jure constitutam pœnam incurrit, præter excommunicationem in quibusdam casibus de quibus *Avila pag. 289.*

ii. Clerici qua sæculares, qua regulares interdictum violantes per exercitium alicujus ordinis sacri ineligibiles fiunt activè, & passivè, irregularitatem incurrunr, & suspensionem ab officio, & consequenter à jurisdictione, possuntque per sententiam privari beneficiis, aliisque arbitrariis pœnis affici. *Suar. D. 34. S. 4. Laym. l. 1. tract. 5. part. 4. c. 3. n. 3.*

iii. Si Clericus aut Sacerdos non interdictus in loco non interdicto, homini interdicto Sacramentum aliquod conferat, ex probabili sententia non incurrit irregularitatem, quia hoc nullo jure expressum legimus.

iv. Qui Clericus cum nominatim interdictus, in illis rebus, in quibus interdictus est, communicat, præter peccatum quod esse lethiferum potest, ab ingressu Ecclesiæ prohibetur, donec satisfaciat ad arbitrium illius, qui interdictum posuit.

v. Domini temporales, qui in terris suis interdicto suppositis cogunt aliquem ad divina officia celebranda, vel ad ea vocant audienda, aut percipienda, alios præsertim excommunicatos aut interdi-

ctos, vel impediunt, ne excommunicati publicè, vel interdicti ab Ecclesia exeant, excommunicationem incurrunt. *Clem. Gravus de sent. excomm.*

vi. Qui interdictum locale generale violat, celebrando, aut inducendo aliquem ad divina officia in loco interdicto peragenda, vel interdictos ad illa admittit, vel Ecclesiasticam sepulturam imperit, ab ingressu Ecclesiæ prohibetur, donec satisfecerit illi, cujus sententiam contempsit. *Avila part. 5. Disp. 3. Dub. 4. Suar. Disp. 34. Sect. 5. Reginald. l. 32. tract. 3. c. 31. num. 48. & seq. Piasec. part. 2. c. 4. tit. de pœnis num. 75 Laym. l. cit.*

Xi. Superest interdicti relaxatio, quæ non uno modo conficitur. Ac primò quidem generale interdictum Communitati impositum, innocentium respectu, qui nullam interdictio causam dederunt, per se cessat dissoluta Communitate. Neque enim aliter tenebantur, nisi quod essent pars communitatis. Non cessat è contra illorù respectu, qui culpabiles sunt, quia hoc interdictum personæ affixum est. Quinetiam interdictum latum in Collegium, si uno excepto omnes Collegæ moriantur, solum illum ligat, quoniam in illo Collegiù virtualiter perseverare cœsetur, cum jura illius sustineat. *V. Barb. in c. nullus de elec. & par. 1. tit. 6. §. 2. n. 4. Secundo, interdictum absolutè, ac nullo tēporis ambitu præfixo latum nõ aliter tolli potest, quàm per voluntatem, & relaxationem illius, qui illud imposuit, vel ab alio ad id legitimam potestatem habente. Locale autem ne quidem edificio destructo perit, quia ipsum solum, quod est basis, fundamentum edifici affixum interdicto existimatur. Tertio ab interdicto locali ab ipso jure imposito,*

posito, cum reservatum non sit, Episcopus absolvere potest: ab interdicto personali autem non potest quenkam absolvere, nisi sit occultum juxta dispositionem Concil. Trident. Sess. 24. c. 6. A qua licentiâ excluduntur inferiores habentes jurisdictionem ordinariam, & Episcopalem, uti declaratum est à Congregatione Cardinalium. *Avila part. 5. Diss. 6. Dub. 1.* Parochi nihilo minus jure communi absolvere possunt ab interdicto personali particulari non reservato. *c. nuper de sent. excom. Bonac. Tomo 1 pag. 454. & Tomo 3, pag. 455 Reginald. l. cit. c. 32. Fernandez in Exam. Theol. p. 480 Suarez Diss. 38. Sect. 2. num. 8.* Addens pro absolutione faciendâ necessarium esse, ut causa tollatur, satisfactio fiat, vel sufficiens cautio detur.

§. XI.

De Excommunicatione.

I. Excommunicatio est *Censura Ecclesiastica*, qua homo baptizatus privatur consortio fidelium, participatione Sacramentorum, & communibus Ecclesie suffragiis. Vel brevius. Est *censura Ecclesiastica*, separans hominem à communione. Per Censuram, quæ generis loco est, excluditur irregularitas, quæ propriè Censura non est, sed inhabilitas quædam. Per reliqua excluditur suspensio, & interdictum, quæ per se, & formaliter non privant communione, seu consortio fidelium. Colligitur ex *Matth. 18. v. 17.* Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus, & publicanus. *1. ad Timoth. 1. v. 20.* Quin etiam ex *Matth. c. 16.* potestatem excommunicandi probat *S. August. in epist. 75. ad auxilium.* Spiritualis pœna est (anathema) quâ fit, quod scriptum est, quæ ligaveris in terrâ,

ligata erunt in cœlis: animas obligat. Ecclesie disciplina hæc severissima est, ut *Calv. loquitur l. 4. Inst. c. 11. Sect. 2.* & quasi ultimum fulmen, non nisi in necessitate adhibendum. *Petr. de Soto Instit. Sacerd. tit. de Clau. Lect. 1. Ang. silvest. Arm. & al. Sum.*

NOTA. Excommunicationis usus etiam apud hæreticos noster viget. Quamvis sub initium novi Evangelii, quod longius ab Orthodoxâ Ecclesia recederent, Censuras, & Ecclesiasticas pœnas omnes sustulerint, populo libertate promissâ, successu temporis tamen, cum vitia imensum crescere animadvertent, de freno, & excommunicatione ab exilio revocandâ *Lutherus* ipse sollicitus fuit, quemadmodum ex Colloquiis ipsius, Germanicis, & Latinis patet. Sed populo jam ad effrenam licentiam assuefacto, & dominationem, quâ impotenter Ministri uterentur, formidante non sine magno labore, & contradictione multorum restituta est. Nec defuerunt ex doctioribus, qui semel explosam excommunicandi potestatem nullo modo revocandam libris publicè propositis contenderent, quos inter eminuit *Thomas Erasmus Medicus Heidelbergensis*, cui mox *Theodorus Beza* contrario scripto pro fovendâ Ecclesie disciplina se opposuit. *V. Summam Casuum pro Sectariis Grefseri tit. de Sacram. Pœnitentiæ.*

II. Excommunicatio dividitur 1. in majorem & minorem. 2. in eam, quæ est ab homine, & eam, quæ est à Jure. 3. in eam, quæ est lætæ sententiæ, & quæ est ferendæ, quam aliqui comminatoriam vocant. 4. in eam, quæ justa, & eam, quæ injusta est. Denique alia fit per sententiã generalem, alia per specialem. *Bonac. Tom.*

kk

I. p. 2.